



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius
Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput primum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Aco enim Latinoque compositum, Angelicam sonat libertatem, signifi- Etymolo-
cans, ENGELBERTVM de iugo peccatorum per mortis necessitatem ad gia nomi-
Angelicam migraturum libertatem. Si Deus à nobis mirabilis prædica- his Engel-
tus in sanctis suis antiquis, multo magis mirabilem se ostendit in nouo berti.
martyre, & tali martyre diebus his nouissimis, eò quod miraculorum
tempora modò non sint, vt quidā ait: Rara auis in terris, sanctitas huius Psalm. 67.
temporis. Et ideo miracula crebra, quæ de Patre nostro videmus & au-
dimus, & per ipsius merita fieri credimus, tanto nobis debent esse grati-
ora, quanto propter tempus rariora. Sanctitatem, quæ vita defuit, mors

Bpreciosa suppleuit: & si minus perfectus in conuersatione, sanctus ta-
men effectus est in passione. Consummatus in brevi, expedit tempora
multa, placita enim erat Deo anima illius. Nam placés Deo æterna præ-
destinatione, factus est dilectus in passione. Quis enim sanctitati eius
contradicat, quem cordium cognitor, & meritorum ponderator Domi- Sap. 4.
nus, signis tam varijs mirificat? Non qui le ipsum commendat, vt ait A-
postolus, ille probatus est: sed quem Deus commendat, ille probatus
est.

Notatio ad Caput primum.

2. Cor. 10.

CÆsarius nomen S. ENGELBERTI ex germanico
& latino componens, Anglicam libertatem in-
terpretatur: antiquarij Angelicum filium, vel An-
gelis dignum dicerent: bert enim vel brecht & heren/
olim prolem & parere, & werdt dignum significabant. Sic
Hildebertus seu Childebertus ex origine Germanicâ deri-
Duando, Hulswert obsequio dignus, vel obsequiosa proles di-
citur: Cheribertus seu Heribertus, ehr werdt/filius honoris,
vel honore dignus: Dagubertus, Daghwerdt/die dignus, vel
diei filius: Philibertus, Vielwerdt/multum dignus, vel multi-
plicata proles: Albertus, Alswerdt/omnibus dignus omnisve
proles; secundum etymologiam explicantur.

Caput Secundum.

In quo de sancti nostri parentela, forma corporis, & Fortuna bonis
in aetate iuuenili & de recusato Episcopatu Monasteriensi, &c.

VIDE-